107.

Markgraf Dietrich und Mattheus, Abt von Altzelle, bezeugen, daß eine Frau, Namens Zazlava, von dem Hofe des Klosters Altzelle in Raube ungefähr 7 Hufen auf ihre Lebenszeit übernommen habe. Wenn sie aus diesen Hufen eine besondere Wirthschaft bilden werde, solle das, was in derselben bei ihren Lebzeiten und nach ihrem Ableben an Rindvieh, Schafen und Hausrath sich finden werde, mit der Wirthschaft dem Kloster zufallen. **Oschatz, 1207 April 12.**

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 156. Siegel des Markgrafen (= Taf. III. 1) und des Abtes an Leinenfäden.

Anm.: Altzeller Hand. Chirograph, die Schrift am unteren Rande mitten durchschnitten: Actio cuiusdam pacti. Vergl. Posse, Lehre von den Privaturk. 20 und 64 Anm. 3.

:In nomine sancte et individue trinitatis. Theodericus dei gratia Misnensis marchio et Matheus abbas in Cella sancte Marie.: | Notum facimus tam presentibus quam futuris, quod matrona quedam Zazlaua nomine vidua Suertgeri assensu nostro vii^{tem} fere | mansos de quodam predio Cellę sancte Marie Rube dicto data pecunia ad usum vitę tantum proprię redemit, omnibus exclusis | heredibus etiam et filio suo Volcmaro, qui et ipse suum prebuit assensum in conventione memorata. Notandum vero, quod, si predicta matrona de prefatis bonis dominicale facere voluerit, quicquid in eo et ipsa vivente et post mortem eius inventum fuerit in iumentis et ovibus et diversa supellectili, totum cum ipso predio Celle sanctę Marie pertinebit. Huius rei testes hii sunt: Gerhardus cellerarius et Otto monachi et frater Primezlaus de Cella sancte Marie. Albertus abbas et Hermannus monachus de Bǒzowe. Bertramus et Luprandus canonici de Misna. Hildebrandus capellanus marchionis. Wrislavs filius regis Boemię. Heinricus burgravius de Donin et filius eius Otto. Heinricus de Zablatwitz. Bernhardus Cecus. Rǒdolfus de Wantwiz et frater eius Dipoldus. Reinhardus de Strele. Ditoldus de Belger et plures alii laici et clerici. Acta sunt hęc in Ozcek anno ab incarnatione domini ṁ. cc. vii., indictione x̄., ii. idus aprilis, regnante domino nostro Iesu Christo; amen.

(S.) (S.)

108.

Landgraf Hermann bezeugt, daß Heinrich, der Sohn Gotebolds von Burnestede, versprochen hat, das Kloster Reinsdorf wegen des schon früher erworbenen Gutes mit Zubehör nicht weiter belästigen zu wollen. **1207 April 25.**

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 157. Das beschädigte S., an Pergamentstreifen, = Taf. XI. 4.

:In nomine sancte et individue trinitatis.: Ego Hermannus per gratiam dei dictus provincialis comes Duringie et palatinus | Saxonie omnibus fidelibus Christi. Beatissimi Pauli apostoli confirmationibus non habemus hic manentem civitatem, sed futuram in|quirimus, ergo, antequam viam ingrediamur universe carnis, pro animarum